



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

Cap. 21.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

missionem peccatorum gratuitam consequendam. At vero satis factio quæ relaphis propria est, homini iam reconciliato imponitur, non ut peccatorum remissionem consequatur, quia iam habet, cāmque gratuitam beneficio mōris Christi; sed ut peccatorum pœnae temporales subeantur. Qui reconciliatur Deo, à pœna peccatorum æterna liberatur, regnique cælestis hæres constituitur: cuius tamen possessionem prius adire non poterit, nisi iustitia Dei, quæ pœnas temporales expōcit, satisfiat. Quod totum multis Scripturæ exemplis Catholici luculenter probant, nōsque ex parte attrigimus in Prōpt. Catholico. Ridiculè igitur garrit Calvīnus, qui satisfactionis Catholici docent, per gratuitam reconciliationem refutari

*In die annarum.*

Calvini ridicula cœūillatio.  
Papistarū nomine totam antiquitatem  
guitatem fuggillat  
Calvīnus.

affirmat, quā ad illam reconciliationem nihil prorsus illæ pertineant, sed eam iam factam & completam ex alio capite consequantur. Papistarum verò nomine totam antiquitatem securiliter perstringit, quorum sententia de satisfactione, vns pœnitentiæ salutaris parte, tam clara & copiosa est, vt Calvīnus eani negare non ausit, cōtemnere tamen non sit veritus. Sic enim scribit. Parum me mouent quæ in veterum scriptis de satisfactione pāssim occurrunt. Video quidem eorum nonnullos, dicam simpliciter, omnes ferè quorum libri extant, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperè ad dure loquutos. Hæc ille lib. 3. cap. 4. num. 38. Institut. Non igitur de satisfactionibus garriunt Papistæ, sed tota garrit antiquitas, nisi & veteres omnes Papistas esse velit: quod libenter amplectimur, quia & verum est.

## IN MATTHÆI CAP. XXI.

5. Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis.

Christi introitus in die Palmarum.

**H**ec Christi in Hierosolymam ingressus toti reliqua eius vitæ inusitatus, ab omnibus quatuor Evangelistis commemoratus, & à Propheta Zcharia specialiter prædictus, aliquam explicacionem magis accuratam meritò desiderat. Causæ eius varix fuerunt. Primum ut specimen quoddam regni sui daret, etiā circa huius mundi honores. Tametsi enim asino insidens & à pauperculis comitatus, ridiculam pompam, vt impius Calvīnus

unus eam vocat, præbuuisse videatur; tamen ipsa inequitatio insolita, animal cui insedit, & via ipsa instrata, tamorum gestatio, totius populi fausta acclamatio, eorum qui in ciuitate erant occursus frequens, diuinæ voces acclamantis populi, principum populi turbatio, magnificum & regale aliquid preferebant. Altera causa erat exultationis, quam de illo plenique habebant quod verus Messias esset, publica testificatio. Dicebat enim populus: *Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilea.* Et omnis turba laudabat Deum voce magna super omnibus quas viderat virtutibus. Tunc quoque testimonium perhibebat ei (id est, magnificè eum prædicabat) *turba qua erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis.* Tertia causa esse potest, ut ipsis Iudeis in iudicium & testimonium maius fieret, quod quem tam paucis ante diebus tanto honore dignum existimassent, paulò post crucifigendum esse vna voce clamauerūt. *Quarta causa,* quia illo eodem die post passionem à morte resurgens, gloriam suam & regnum immarcescibile auspiciaturus esset. *Quinta,* Exod. 12. ut figuram veterem impleret, secundum quam agnus 14. die Lunæ immolandus, decima Lunæ (quæ hic dies erat) in dominum patris familias solemniter introducendus erat, & futurae immolationi præsto seruandus. *Sexta esse* potest ad aliam Iosue 4. figuram implendam, quia decima mensis primi quæ hic dies & 5. erat, Iosue terram promissionis ingressus est, & decima quarta sequenti solemne Pascha immolauit.

Ad literam quod attinet, valde notandum quod Matthæus duas prophetias coniungit, quod non aduerens Caluinus, aliud ineptum quid somniauit. Nam prima illa verba, *Dicite filie Sion, apud Esa. cap. 62. legitur* hoc modo: *Dicite filie Sion: ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.* Quæ propheta ut Iudeis notissima & gratissima adiungiuit alteri prophetæ ex Zacharia dicente: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, &c.* quæ tanquam ignobilis & despabilis, minus erat Iudeis grata. Eodem modo Marc. 1. duæ prophetæ simul iunguntur similem ob causam. Nam post illa verba, *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, &c.* Malach. 3. quæ celeberrima erat apud Iudeos propheta, adiungiuit Marcus, *Vox clamatis in deserto, &c.* Esa. 40. ut videlicet inteligerent Angelum illum, de quo loquitur Malachias, esse hanc vocem clamantis in deserto, de qua loquitur Esaias. Sic ut hoc loco inteligerent Iudei, Regem venientem super asinam pauperem ac mansuetam, eundem esse

esse de quo Esaias dixit, *Ecce venit Saluator tuus, &c.* alterius prophetæ principium attexit Matthæus. Quod autem Prophetæ dicit, *Sedens super asinam & pullum filium subiugalis,* aliqui interpretes, quos Caluinus sequitur, existimant per Synechochen dictum, ut duorum nomine unum intelligatur, & ut ait in hunc locum Beza, equitat cum tribus equis qui non nisi super unum equitat, quia plures sequuntur. Hoc illis probabilius videtur, quia cæteri Euangelistæ non nisi super pullum Dominum equitas narrant, & improbabile videatur, quod in tam paruo itinere diuersis animalibus insederit. Nâ allegoriam quod asina subiugalis Iudeo iugo legis affuetos, pullus verò gentilem populum indomitum significet, ut Christus vtriusque Saluator utriusque animali insederit, tanquam ridiculam subsannat Caluinus. Sed utriusque animali Dominus insedisse, verba Matthæi & Prophetæ manifestè docent, qui de utroque manifestè loquuntur, & Matthæus imprimis qui ait, *Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eum vestimenta sua, & desuper eum sedere fecerunt.* Quum itaque utrumque animal stratum est, utriusque insedisse dubitandum non est. Quare hunc sensum sequitur Chrysostom. homil. 65. in Ioan. Theophyl. in hunc locum, & alij multi. Quod autem aliqui Zachariæ verba sic exponunt, ut nō asinam, sed asinum legant, quia vox Hebræa עֵדָה masculini generis est, & sensus sit, super asinum & pullum, id est, natura asinum, & tunc pullum, falluntur haud dubiè. Nam 2. Reg. 19. eadem vox in fœminino reperitur: & apud Hebreos nominibus animalium commune, hoc est, ut & maribus & fœminis dentur, sicut vox Græca ὄνος, utriusque sexui communis est. Sed omnem dubitationem tollit quod Matthæus disertissime de duobus loquitur, *Inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea.* Et iterum: *Adduxerunt asinam & pullum.* Cum ergo duo essent, fœminam non matrem fuisse ex eo patet, quod pullus asinus non patrem, sed matrem sequatur. Quod cæteri tres Euangelistæ non nisi pulli mentionem fecerint, ideo factū videtur, quia propter gentiles illi sua Euangelia scripsérunt, sicut propter Hebreos Matthæus; vel quia potissimum & diutius pullo insederit, cīque insidē Hierosolymam ingressus fuerit. Narrationi autem Matthæi, quæ vera quoque esse debet, hoc nihil repugnat, quum frequens hoc Euangelistis sit, ut de eodem Christi facto aliis plenius alius breuius scribat. Vide August. de consensu Euangelist. lib 2. cap. 66. Utique porrò animali in tam breui via insedit, nō fatigationis, sed mysterij

alterius  
m Pro-  
iugalis,  
pet Sy-  
atur, &  
qui non  
llis pro-  
per pul-  
ideatur,  
erit. Nā  
suetos,  
ut Chri-  
anquam  
Dominū  
ent; qui  
imis qui  
uper eis  
n itaque  
tandum  
il. 65. in  
l autem  
l asinum  
is est, &  
m, etate  
n vox in  
animaliū  
ur, sicut  
omnem  
duobus  
ea. Et  
o essent,  
us asinz  
Euange-  
videbat,  
cut pro-  
ius pullo  
rit. Nar-  
bet, hoc  
rt de co-  
at. Vide  
ie porro  
mysterij  
cau

causa, de quo iam diximus. Cuius sanè mysterij in vitroque animali significari, vt cunque id Caluinus simplici negatione reiiciat, grauissimi testes suarū Iustinus Martyr in Dialogo cum Tryphonie, Origenes tract. 14. in Matth. Hieron in hunc locum. Ambros. lib. 9. in Lucam, August. contra Faustum lib. 12. cap. 42. & alij ferè veteres omnes. Notandum autem contra Iudeorum hodie vsque in eruditatem, quod hanc pro-  
*Iudeorum persidia.*  
pheriam Zacharie post eam à Christo tam manifeste im-  
pletam Iudei in suis synagogis, vbi persabbata Scripturæ le-  
guntur, nunquam legere voluerint: quod in plena concione coram 200. & amplius Iudeis Dom. Andreas ex Iudeo Rab-  
bino Christianus factus, & diebus sabbatinis in urbe Roma  
Iudeis ex superiori loco veteres Scripturas explicans, me  
audiente, illis exprobavit. Quorum impietati patet in *in comment.  
in Zachar.  
cap. 9.*

#### 9. Clamabant dicentes, Hosanna filio David.

**Q**uam huius vocis Hosanna explicatio iam dudum à *Hosanna* D. Hieronymo iuxta veritatem Hebraicā satis excussa *quid signifiet.*  
fuerit, tum in comment. in hoc locum, tum in tractatu pecu-  
liati de voce Osanna, & post eum Cornelius Iansenius pro-  
lixè & accuratè idem explicuerit, textusque hodie Syriacus  
& Hebreus idem clarissimè attestentur, nempe vocem esse  
apud Hebreos compositam à verbo saluandi, & interiectio-  
ne obsecrandi, ut significet, *Saluum fac quoso*, quo etiam sen-  
su Psal. 117. illa eadem vox accipitur, ex quo Psalmo hanc ac-  
clamationem desumptam esse, illud quod adiungitur, *Bene-  
dictus qui venit in nomine Domini*, inquit demonstrat: non  
patua temeritas est noui cuiusdam & celebris Scriptoris, qui  
consentientem veterum interpretationem agnoscens, ab ea  
tamen recedere voluit, propriez authoritatem cuiusdam Cā-  
niniij, & Ioannis Drusi, qui Rabbinos secuti scripserunt hanc  
vocem vnam tantum esse dictiōnē, & significare *ramos sa-  
licum*, ut verum sensum hunc esse ille decernat: *Osanna filio  
David*, id est, *Rami filio David*. Quam explicationem planè  
absurdam & ridiculam esse, vel id quod statim sequitur apud  
Matthæum, illum & alios illos hebraizantes docere debuit:  
*Osanna in altissimis*. An dicent hic sensum esse, *O Rami in al-  
tissimis*? Deinde docere eos debuit eadē vox in Psal. 117. quam  
vulgatus interpres rectissimè vertit, *O Domine, saluum me-*

L

fac, bene profferare, benedictus qui venit in nomine Domini. An illic sensus erit; Rami salicu[m] bene prosperamini? Denique docere eos debuit Catholicæ Ecclesiæ sensus, quæ in sacratissimo trisagio hanc vocem usurpat, *Osanna in excelsis*. An ibi quoque dicent, *Osanna significat ramos salicu[m]*? Sed uno argumento mouetur ille. *Victoria* (ioquit) *hec esset locutio,* & quæ nullum congruentem refert orationis sensum, *Salua quæso filio David.* Nisi dicere velimus esse hebraismum, idemque sonare, ac si diceretur, *Salus nostra à filio David*, vi notat Ioan. *Drusus de voc. hebr. noui test. cap. 19.* Hæc ille. Sapienter & magis sobria hæc esset Drusi expositio, tametsi apertere falsa iuxta literam hebræam: quum vocibus illis, *Filio David*, non beth, sed lamed præponatur. Sed docere hunc nouum Scriptorem potuit solus Cornelius Iansenius, hebraismum quidem hæc esse, sed longè alium propter præpositionem lamed, quæ non à, vel ab, ut beth, sed ad, vel in, significat: quæ etiam præpositio tametsi propriè est nota datiui casus, est tamen nonnunquam nota accusatiui, ut exemplis probat ex Jud. cap. 7. ver. 2. & 2. Reg. 10. ver. 11. Sensus ergo proprius & iuxta hebraismum literalis est, *Saluum fac quæso filium David.* Preccatur quippe populus Christo, quasi nouo Regi & Messia expectato, salutem & prosperitatem à Deo. Eadem quidem vox in festo tabernaculorum quando etiam rami palmarum circunferebantur, à Iudæis usurpata fuit, clamantibus *Osanna in excelsis.* Sed ipsos ramos suos, quos gestabant, hac voce compellasse, aut illos inclamasce, plane ridiculum est. Vox quippe illa ad singulas petitiones succinitur, ut nos in Litaniis nostris repertimus, *Miserere nobis, vel, Ora pro nobis.*

### I3. Domus mea domus orationis vocabitur.

**Q**um hæc Christi verba rectum & proprium templo-tum usum (quibus & Christiani carete non posunt, ubi pax Ecclesiæ iuta & acies ordinata conspicitur) manifeste describant, loca videlicet esse vni Deo consecrata (ideo enim *Dei donum* vocat Propheta quod Iudæi conueniebant) & ad Dei cultum specialiter ordinata (orationis quippe voce, ait ipse hoc loco Calvinus, *totus Dei cultus à Prophetâ notatur*) qui & precibus & sacrificiis imprimis constat; voluit uno verbo Calvinus Christianorum templis hoc totum eripere, suumque obiter venenum inspergere. Ait enim, *Hodie quamquam ad sacros conuentus agendos templis utimur, diversa tamen*

est 14

estratio, quia ex quo exhibitus est Christus, nobis externa & umbratilis eius imago minimè proponitur, sicut olim Panribus Templo nostra domus orationum nō secum quam olim.  
sub lege. Hæc ille. Verum quidem est, umbratiles illæ Christi imagines, vitulorum & hircorum victimas, panes propositionis, & afferuantum Manna, in nostris templis non proponi: sed quia templo quoque nostra, Deo Deique cultui, precibus, sacrificiis, sacramentorum administrationi, ac demum verbi prædicationi destinantur & consecrantur, planè hac ex parte eadem illorum ratio est: *Domus Dei & Domus orationis* non secus sunt, quām templum Iudæorum. Imò tanto excellentius hæc sunt, quanto magis non umbræ aut imagines rerum, sed res ipsæ olim adumbratae in illis exhibentur. Quomodo autem templo Christianorum sunt verè domus Dei, & domus orationis, in utroque Promptuario explicatum dedimus: contra Caluinum, in Catholico; contra prophaniatores malos Christianos, in morali: in Dominica nona post Pentecosten, ad hæc eadem verba.

21. *Si habueritis fidem & non habitaueritis, non solum de fidelia facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare, fiet.*

Placuit admodum Caluino hæc Christi doctrina, & pro speciali sua commentitia fide, & certitudine salutis imaginaria, qua ad certam suam perniciem mifificè se oblectant hodie heretici, locum accommodatissimum sese natum ratus, sic in hæc verba scribit. *Hic locus ad vim naturamq; fidei exprimendam insignis est, nempe quod certitudo sit in Dei bonitatem recumbens, que dubitationem non admittit.* Neque enim alios credere agnoscit Christus, nisi qui indubie statuunt Deum sibi esse propitium, nec hesitant quin daturus sit id quod petunt. Vnde perspicimus quām diabolico figmento fascinati sunt Papista, qui fidem dubitationi permiscent, imò stulta presumptionis nos insimulant, si de paterno Dei erga nos favore persuasi coram ipso sistere nos audemus. Hæc ille. Nefarius impostor mera fallendi & cauillandi libidine ductus, imperitum lectorem ludificat, & veritati insidias struit. Ipse met enim non ignorauit Caluinus vana & mendacia esse quæcumque hic scripsit. Ipsem non ignorauit, vim naturalē fidei, à qua fideles dicimur, qua iustificamur, quæ ad salutem necessaria est, hoc in loco à Christo non describi, <sup>1.</sup>

2. non exprimi, non attingi. Ipse met optimè sciebat Caluinus, fidem, de qua hoc loco Christus agit, particularem quandam quorundam fidem esse, quæ miraculorum fides vocatur, quam Paulus inter specialia quædam Spiritus sancti dona ipsis iam credentibus & fidelibus impetrata enumerat, dicens: *Alteri fides in eodem Spiritu.* Optimè, inquam, hoc totum ipsemet sciebat, ut nunc ex ipsis verbis ostendemus. Quoniam enim certo certius planèque indubitate sit, Christum hoc loco de illa & eadem fide agere, de qua suprà Matth. cap. 17. eisdem penè quibus hic verbis usus, dixerat, *Amen dicit vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monu huic, Transf hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Caluinus qui illo loco non de fide propria fidelium omnium virtute, sed de fide signorum Christum agere dissentit profiteretur, de eadem fide signorum Christum hoc loco agere ignorare non potuit. Illo quippe in loco sic scribit Caluinus. *Propriè de speciali fide agit nunc Christus, quæ, prout res nata ferèbat, arcanos habebat insinuit.* Atqui hac fides est cuius Paulus meminit prioris ad Corinth. cap. 12. ver. 9. ubi dicit: *Alteri fides in eodem Spiritu.* Sciebat ergo ipse Caluinus, vim & naturam fidei, unde fideles dicimur, & quæ omnibus generalis est, à Christo hoc loco non expi-  
mi. Sciebat purum esse mendacium, quod non alios credent Christus hoc loco agnoscit, nisi qui indubitate statuant Deum sibi esse propitium. Sciebat de certitudine gratiae in Dei bonitatem recumbente, omnino Christum hoc loco non agere Impostorem tamen nefarium agere libuit.
3. Fides igitur de qua Christus hic loquitur, fides illa, quæ donum significat edendi miracula ad Dei gloriam & aliorum ædificationem, nullam hæsitationem admittit. Nihil enim aliud est, quam eximus fidei gradus cum fiducia conjunctus impreendi aut faciendi miracula quum opus est, quom Dei gloria & proximi ædificatio it postulat. Potest fides etiam generalis omnium credentium, omni quoque dubitatione caret, omnem hæsitationem excludit: sed circa proprium suum obiectum, non circa omnia, quæcumque ve-  
fides mi-  
raculorum  
qua &  
quali.
4. Fides quo-  
modo sine  
dubitatio-  
ne.

*Fides* igitur de qua Christus hic loquitur, fides illa, quæ donum significat edendi miracula ad Dei gloriam & aliorum ædificationem, nullam hæsitationem admittit. Nihil enim aliud est, quam eximus fidei gradus cum fiducia conjunctus impreendi aut faciendi miracula quum opus est, quom Dei gloria & proximi ædificatio it postulat. Potest fides etiam generalis omnium credentium, omni quoque dubitatione caret, omnem hæsitationem excludit: sed circa proprium suum obiectum, non circa omnia, quæcumque ve-  
*fides* igitur de qua Christus hic loquitur, fides illa, quæ donum significat edendi miracula ad Dei gloriam & aliorum ædificationem, nullam hæsitationem admittit. Nihil enim aliud est, quam eximus fidei gradus cum fiducia conjunctus impreendi aut faciendi miracula quum opus est, quom Dei gloria & proximi ædificatio it postulat. Potest fides etiam generalis omnium credentium, omni quoque dubitatione caret, omnem hæsitationem excludit: sed circa proprium suum obiectum, non circa omnia, quæcumque ve-  
fides quo-  
modo sine  
dubitatio-  
ne.

*Instit. lib.* igitur de qua Christus hic loquitur, fides illa, quæ donum significat edendi miracula ad Dei gloriam & aliorum ædificationem, nullam hæsitationem admittit. Nihil enim aliud est, quam eximus fidei gradus cum fiducia conjunctus impreendi aut faciendi miracula quum opus est, quom Dei gloria & proximi ædificatio it postulat. Potest fides etiam generalis omnium credentium, omni quoque dubitatione caret, omnem hæsitationem excludit: sed circa proprium suum obiectum, non circa omnia, quæcumque ve-

benevolentia Dei erga nos, specialiter & in unoquoque particulari accepta (ut Caluinus cum suis accipit) nec in Scripturis reuelatur, nec ab Ecclesia docetur, ideoque fidei objectum non est. Nam ut cætera argumenta taceam, quæ alibi latius tractauimus, quicquid de fide est, ab omnibus credi oportet, omni dubitatione remota. Huic autem in particuli, Fides Cal  
uiniana  
iugulatur puta Ioanni Caluino, Deum indubie propitium esse, omnes indubie & absque dubitatione credere oportere, nec ipse opinor si viueret Caluinus dicere vellet, *Diabolico ergo signo fascinati sunt, non Papistæ, ut Caluinus dicit, quasi dubitationi fidem permisceant, quum eam ab omni dubitatione longissime remoueant; sed Caluinistæ, qui presumuntioni impiæ ac diabolicæ fidem admiscent. Nec stultæ tantum, sed & sceleratæ præsumptionis Caluinum & Caluinistas meritò insimulamus, qui de paterno Dei erga se favore ex certa fide persuasi, audent se coram illo sistere hanc sola fide, falsa & sterili, imaginaria & mortua, commentitia & inani, armati atque muniti: carentes ueste nuptiali, quæ Matt. 22, charitas est, bonorum operum fecunda mater. Si cor nostrum non reprobatur, fiduciam habemus apud Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Hac armati non fide sola, & persuasione diuinæ bonitatis, sed mandatorum pia & sedula obseruatione, fiduciam habemus apud Deum, & de paterno eius erga nos favore persuasi sumus.*

Quod Caluinus hic ex Paulo subiungit, præsumptionem Caluinianam nihil adiuuat. Atqui (inquit) hoc principiū Christi beneficium Paulus commendat, quod ex fide illius audaciam habemus accedendi ad Deum cum fiducia, ad Ephes. 3, ver. 12. Ostendit quippe Paulus vnam fiducialis accessus ad Deum causam fidem esse, sed non solam. Docet D. Ioannes aliam esse huius rei causam, *Si cor nostrum nos non reprehendat, si mandata eius custodimus, si qua coram eo placita sunt, facimus. Hoc totum præsumptionem Caluinianam, sola fide & persuasione inani innixam, penitus subuertit.*

23. *In qua potestate hæc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem?*

**H**Orum temporum hæretici Catholicorum voces, qui Pastorum autoritatem & successionem legitimant

contra subintroentes lupos virgent, Pharisæorum has esse  
voices volunt contra Christum: ut quia impiè Pharisæi Chri-  
sti doctrinam exagitabant, de potestate docendi inquirentes,  
impiè quoque & nos de hæreticorum autoritate inquiran-  
tibus. V. Wolfgangus Musculus hæc verba in medium profe-  
ters, Quasi dicerent (inquit) Templi huius potestas ac ius do-  
cendi penes nos est. Quæ facis, non facis potestate legitima. Non

In locu-  
comun.  
Cap. de mi-  
nistris Ec-  
clesia.

de ipso facto Christi questionem mouebant, quod culpare non po-  
terant, sed de potestate calumniam stribant. Consimili modo  
Papistæ hodie, quoniam nec manifestos errores & abusus autho-  
ritate verbi Deitueri, nec doctrinam veritatis de mendacio re-  
darguere possunt, confusius ad potestatē & autoritatem Epi-  
scopalem, perinde ac si hanc inculpatam ac legitimam possideat.

Potestas  
docendi in-  
quirenda,  
an legitimi-  
mæ sit.

Hæc ille. Cui male tan homini breui dilemmate responde-  
ri poterit. De potestate legitima corū qui docent ac pascunt  
in Ecclesia Dei, aut nunquam est inquirendum, & hæc Pha-  
risæorū præsumptio in vniuersum damnanda est; aut aliquā-  
do inquireti potest, & hæc Pharisæorum quæstio erit aliquan-  
do legitima adeoque necessaria. Si prius, falsum erit quod

Ioan. 10.  
Rom. 10.  
Heb. 5.

Christus docet, fures quosdam & latrones esse qui non intrant  
per ostium, sed aliunde: falsum erit quod Paulus scribit, Quo-  
modo predicabunt nisi mittantur? & rursus, Nemo sumit sibi  
honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron: falsum deni-  
que & vanum illud Prophetæ, Ipse currebat, & ego non mitte-  
bam eos. Sed Musculum correxit hoc loco Calvinus ipse his

I. etrem. 33.  
Ioan. 5.

verbis: Non armantur hic proterui homines, qui sine ullo man-  
dato, sed priuata audacia publicum sibi munus usurpant. Est  
igitur aliquando de doctrinæ potestate ac legitima missione  
inquirendum, tametsi Pharisæi impiè & proterè de Chri-  
sti potestate flagitarent. Horum temporum noui magistri  
si Christi loco esse volunt, ut de eorum potestate nobis in-  
quirere non liceat, faciant in conspectu nostro quod Christus  
in conspectu Pharisæorum toties fecit. Opera Christi  
faciant, quia opera eius testimonium perhibebant de illo. Dent  
visum cæcis, claudis gressum, surdis auditū, mutis loquela, mottuis  
enique ac sepultis auram rediuviam. Proferant aliquem Ioanneum, præcursorum aliquid de celo missum, cuius  
testimonio & admirabili sanctitate commendentur, sicut  
Christus hoc loco Pharisæorum quæstioni Ioannis de se  
testimonium tacite opponit. Si enim id respōdissent, quod verē  
respondendum erat, Ioannis Baptismum, hoc est, totum mi-  
nisterium & prædicationem esse de celo, Ioannis quoque de  
Christo

Christo testimonium necessario accepissent, deque eius legitima & summa potestate nunquam verbum mouissent. Est ergo quæstio de potestate docendi legitima; sed contra eos proponenda, de quorum potestate dubitare licet; & ab iis mouenda, qui tantam rem iudicandi & discernendi facultatem habent. Vtrumque hodie heretici confundunt, rebellium in morem, qui de legitima potestate aut nullam quæstionem fieri volunt (quia ea se carere vident) aut ipsi de ea iudicium ferre contendunt, ut ea quæ legitima est, hac arte conuulta, seipso intrudant; & deiectis magistratibus, Reip. gubernacula teneant.

32. *Venit ad vos Ioannes in via iustitiae, & non credidistis ei.*

**A**rguit hoc loco Christus Pharisæos quod Ioanni Baptista vitam apud eos irreprehensibilem agenti, qui in summa victus ac vestitus asperitate, &c. ut alibi dixit, neque manducans neque bibens, id est, à communi hominum cibo ac potu abstinent, maximum iustitiae, id est, pietatis & sanctitatis exemplum præbuisset, docenti tamen & facienti non crediderint, nec pœnitentiā egerint. Sic enim intelligit Christus Ioannem in *via iustitiae venisse*, sicuti alibi eundem semper prædicat non solum à doctrina, sed etiam à singulari vita sanctitate: ut non esse hominem mollibus vestitum, non arundinem vento agitatam, non esse eo maiorem inter natos mulierum: denique fuisse lucernam ardenter & lucentem: ardenter inferuore & zelo prædicationis, lucentem admirabilis vitae exemplo. De hac via iustitiae quam Ioannes tenuit, dicit D. Bernardus, quod ab ortu vite sua usque ad occasum, forma vita & informatio morum fuerit, virginitatis speculum, Martyrum lumen, anachoretarum principium, orbis exemplum, iustitiae principatus. De eadem Cyrillus Hierosolymitanus scripsit, Ioannem exercitationis typum in seipso monstrasse. Gregorius quoque Nyssenus, eandem iustitiae viam expendens, ait de Ioanne. Nulla in re divina minus præstitit, quam ceteri qui in exercitio virtutis ante illum exiitent.

Sed totum hunc ac perspicuum Christi verborum sensum inuertit egregie Caluinus, totius iustitiae ac sanctitatis iuratus hostis. *Misi (inquit) nihil aliud sonat iustitia nomen hoc loco, quam Ioannis doctrinam puram & rectam fuisse, ac si dixisset: nihil fuisse causa cur eam rejicerent Pharisæi.* Deinde prodigio.

Matth. 3.

Ioan. 3.

In Serm.  
de excell.  
Ioan. Bapt.  
Catech. 3.  
ad illuminati-  
natos.

Orat. in  
laudem  
Basilij.

arrogantissimus hæreticus Christi locutionem corrigit. Plenior (inquit) fuisse locutio: Venit Deus iustitia & viam Ioannis ore demonstrans. Hæc est execranda superbissimi & audacissimi hæretici proterua. Quia viam iustitiae, quam tenuit Ioannes, in plano & germano verborum sensu tenere non vult, sed quod de virtute sanctitate dictum est, ad doctrinæ puritatè transferre; nec Christi verba, ut in textu Euangelico iacent, hunc sensum vlo modo admittant; audet homo nefarius, quasi

*Calvinus Christum pedagogus discipulum, Christum quid & quomodo loqui ut paedagogus debet, docere. Plenior (inquit) fuisse locutio. Ergo Christum Dominum plenius loqui homo impiè docebit? Ergo sermopulum corrigit.*

Seruaroris nostri tibi mancus ac mutilus videtur? Sed non est hæc tua sola impietas. Non plenius Christum loqui, sed planè aliud ac diuersum loqui (ò blasphemiam) iubes. Hic enim sermo, hæc locutio, Venit Deus iustitia & viam Ioannis ore demonstrans, longè aliud ac diuersum dicit, ab eo quod facit Euangelista habet: Venit ad vos Ioannes in via iustitia. Agit Christus de via iustitiae quam Ioannes tenuit, non de ea quam Deus per os eius docuit. Agit de via qua Ioannes ad Iudeos venit (Venit ad vos) non de via qua Deus ad Ioannem venit. Deus iustitia & viam Ioannis ore demonstrans, ad Ioannem venit, ad cor & linguam eius suæ gratiæ luce accessit, non ad Iudeos qui Ioannem non Deum audiuerunt. Missus est enim

*Ioan. 1. Ioannes à Deo ut testimonium perhiberet de lumine, & ut omnes crederent per illum: id est, per os & prædicationem eius. Venit quoque Ioannes ad Iudeos per prædicationem quidem, sed cum admirabili virtute sanctitate coniunctam, quam virtute sanctitatem, ad maiorem Phariseorum condemnationem, viam iustitiae, Christus hic vocat. Rursum in omnibus Ecclesiæ Doctoribus ac Magistris improbis, ac malis mercenariis, auaritis, qui non ex charitate, sed per occasiōnem Christum annunciant, venit Deus ad homines iustitiae viam annuncians, & per ora eorum Christus prædicatur, ut Paulus affirmat, sed ipsi tales Magistri ac Doctores non veniunt ad eos quos docent per viam iustitiae, verū per viam auaritiae, aut ambitionis, aut contentionis, aut inuidiae, aut alterius cuiusquam infamis notæ. Aliud ergo longèque diuersum loqui Christum, ab eo quod verè loquutus est, proterius impostor Calvinus cogit. Quare verò istud? Quia*

*In serm. de iustitiae viam, sanctitatis studium, ferre Calvinus non potest. nat. Ioan. Sic Lutherus Ioannem ut Doctorem considerare, vitam vero Bapt. eius minus curare iubet. Deum ait non adeo magnificere quando*

modo viuant homines, sed potius eorum spectare doctrinam. Ex hac fætidissima cloaca suum nouum sensum suxit Caluinus.

42. *Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli.*

**Q**uum hæc prophetia, eiùsque per Christum applicatio, liquidò & perspicuè doceant, Architectos ipsos Synagogæ Iudaicæ Principes sacerdotum, Scribas ac Pharisæos, Synagogæ magistros, Messiam aduenientem reprobaturos; attripit hoc exéplū auidè Caluinus, & suæ suorūmq; ab Ecclesia Christi apostasiæ nobile patrociniū hoc esse posse cōfudit. *Schismatis Prodigij* (inquit) simile est reiici salutis authorē, non ab extra-  
Caluinianis, sed à domesticis, neque à stulta plebe, sed ab ipsis Principi-  
bus qui gubernacula Ecclesia tenēt. Et paulò pōst. *Hinc colligi-*  
*fucile &*  
*ur utilis admonitio*, non obstarre legitimam vocationem, quo  
minus impj sīp ac scelerati Christi hostes, qui ministri esse de-  
buerant. Certe legale sacerdotium diuinitus erat ordinatum, &  
Leuitis permissa erat à Domino potestas regendæ Ecclesia. An  
idē fideliter suo munere functi sunt? An illis obedire pios decuit  
ad Christum negandum? Eat nunc Papa cum suis cornutis Epi-  
scopis, & sibi fidem in omnibus habendam esse iacent, quia pa-  
storum locum occupant. Hæc ille. Hæc utilis Caluini admo-  
nitio, est futilis & insulsa collectio, est impia & insana dis-  
putatio. Pharisæis Synagogæ magistris nihil profuit legitimi-  
ma vocatio, quo minus Christum negarent: Ergo Catholi-  
cæ Ecclesiæ Episcopis & Pastoribus fides habenda non est,  
quia Pastorum locum occupant. Age, valeat interim conse-  
quentia, & in simili concludatur: Ergo Ministris & Pastoribus  
Genevensibus, Bernatibus, Tigurinis, VVittenbergensibus,  
aliisque in Germania, in Scotia, in Anglia pseudoepiscopis, fi-  
des habenda non est, quia isti omnes Pastorum quoque loca  
occupant, & permititur illis regendæ Ecclesiæ potestas.  
Rursum: Seniores populi & tota quoque popularis Iudæo-  
rum turba & stulta plebs (quod stultè hic negat Caluinus)  
Christum clamoribus pertinacibus reiecerunt, ac ad necem  
postularunt: Ergo nihil vel magistratum vel totius populi  
Christianii consensus in causa religionis valere debeat. Non  
videt insulsus Caluinus eodem argumento aduersus seipsum  
totumque corpus fidelium concludi posse, quo aduersus Papā  
& Episcopos ac Pastores Ecclesiæ Catholicæ ille concludit.

*Synagogæ  
Iudaica &  
Ecclesia  
Christianæ  
iniqua co-  
paratio.*

Deinde quām impia hæc disputatio est? Principes veteris Synagogæ Christum prædicantem repulerunt: ergo tota Catholica Ecclesia, tam Pastores quām populus Christianus vniuersus, totis his 1500. annis Christum ignorauit, deseruit, reiecit. Meminisse Caluinus debuit firmiores Ecclesiæ quām Synagogæ promissiones esse: Synagogæ debuisse succedere Ecclesiam Christi, transferri legem, transferri sacerdotium, interire Synagogam, ut plenitudo Gentium intraret, opportuisse. Ecclesiæ Christianæ nihil aliud succedit quām mundi consummatio, dicente Christo Ecclesiæ suæ. *Ecce ego vobis.*

*Matth. 28.* *cum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi,* Non erit translatio Euangeli, sed per totum orbem dilatatio, donec impleantur tempora gentium. Non interibit Ecclesia Christi, sed sic permanebit ut portæ inferi non possint praualere aduersus eam. Eat nunc Caluinus cum suis barbatis & galcaris Ministris, & Ecclesiam Christi iateriisse blasphemet, quia Synagogæ cecidit. Affirmet mentiri Paulum;

*Matth. 16.* *praelate aduersus eam.* Eat nunc Caluinus cum suis barbatis & galcaris Ministris, & Ecclesiam Christi iateriisse blasphemet, quia Synagogæ cecidit. Affirmet mentiri Paulum;

*Ephes. 4.* *qui ait Pastores & Doctores datos esse à Christo, in opus ministerij, ad edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in agnitionem filij Dei,* quia Synagogæ architecti Christum respuerunt. Hæc est insani hominis disputatio insana. Cùm enim Papam cum suis Episcopis dicit, vniuersam Ecclesiam Catholicam dicit, vniuersis Episcopis adhaerentem, & vni supremo in terris Capiti coniunctam.

Reliqua nunc dementissimi hominis verba proferemus, vt eorum quoque appareat turpitudo. *Vt demus (inquit) ritè ad Ecclesia regimen vocatos, frustra tamen plus sibi arrogant quām se titulares esse Ecclesiæ presides.* Putida & mera calumnia est, impudenter asserta, nullo argumento munita. Sequitur, *Atqui ne vocationis quidem titulus illis suspetit.* Cui ergo dedisti ad Ecclesiæ regimen esse ritè vocatos? modò aīs, modò negas, homo instabilis nescit ubi pedem figat. Ferre argumētū yult, sed quò ictum destinet, incertum habet. Hoc tamen posterius probare nititur. Nam (inquit) *ut se in hanc tyrannidem attollerent, euerti necesse fuit totum Ecclesia ordinem.* Homo insalsus probare se existimat, quando strenue bacchari, & fortiter conuiciari potest. Quæ enim hæc tyranus sit, aut quomodo euersus Ecclesiæ totus ordo fuit, nec uno verbo demonstrat, dixisse & maledixisse contentus. Pergit adhuc. Verum ut iurisdictionem ordinariam sibi merito usurpent, si tamen euertunt sacram Dei domum, non nisi nomi-

*Caluinus  
iurgiis non  
argumētū  
pugnat.*

nomine tenuis architecti censendi sunt. Hoc quidem verum est. Sed quod Catholicæ Ecclesiæ toto orbe Episcopi ac pastores sacram domum Dei euerterint, id Caluino strenue probandum, non impie supponendum fuit. Nihil ergo aliud hæc <sup>Caluini in genium fanaticum natum.</sup> & spiritum vertiginosum prodit, maledicendi audum, firmis & bonis argumentis destinatum.

42. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.*

**D**eclarat hinc rursum Caluinus, & illustrem hanc prophetiam de gloria Messiae quem Synagoga reiecit, ad hodiernæ apostasiæ nouitatem & incremetum homo impius transferit: verbis quidem non ita perspicuis & claris, ut de se- <sup>Caluini astutia.</sup> ipso suisque Genevensibus loqui velle videatur (sic enim omnes Lutheranorum sectas, quæ validæ tunc erant, & totum reliquum sodalitium in se unum concitasset) sed sic ut à suis facilè intelligatur. Quæ Caluini frequens astutia est, quam evidenter prodit in comment. ad 1. Cor. 11. vbi quum Christi corpus & sanguinem in sacra Cœna realiter exhiberi & sumi dixisset, *Verbu* ( inquit ) *vulgaribus utor, sed me mei intelligūt.* Nempe quod nihil minus cogitaret, sed realis exhibitionis nomine Catholicos & Lutheranos ludificare vellet, quum realem ipse non aliam quam spiritualem, & quæ fide sit, ( si tamen illam ) intellexerit. Non dissimiliter in genere hinc declamat Caluinus de admirabili & stupendo noui Euangelij exortu, restitutione, ac statu. De quo Euangeliou nouit exortiente ac restituto loquatur, non explicat; ne reliquas sectas ab ipso sciuntas, quæ sibi singulæ hunc nouum exortum & restitutionem Euangelij venditant, grauter offendiceret; sed à suis intelligitur de sola Genevensi Ecclesia aliisque ab ea progressis eique adhaerentibus loqui. Sic enim in hunc locum scribit. *Meminerimus quoties de Ecclesia ortu, restitutione, statu, totaq; salute agitur, non esse consulendos sensus nostros, sed tribuendum virtutis Dei honorem, ut absconditum eius opus miretur.* Reuocamus enim hic à stulta hominum reverentia, quæ sape Dei gloriam obscurat. *Ac si dixisset Propheta, quamlibet splendidis titulis poleant homines, peruersè tamen fieri, si quis illos Deo opponat.* Quo refellitur diabolica Papistarum impietas, qui larvata sua Ecclesia determinationem Dei verbo preferre non dubitant. Hæc ille, torquendi, deprauandi, & adulteran-

Caluini ar- terandi verbi Dei, mirus artifex. Vide enim ut præsentem  
tificium in prophetiam miserè torqueat & impiè deprauet. De casu Sy-  
adulteran- nagogæ, & veterum Sacerdotum perfidia, Christique & Euā-  
do verbo gelij eius exaltatione dictum est: *Lapis quem reprobauerunt*  
Dei.  
*Ephes. 4.*

*Act. 20.* *edificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est*  
*istud, & est mirabile in oculi nostris: Ergo quandocunque ali-*  
*qua noua secta exurgit contra Pastores & Doctores, quos*  
*Christus dedit Ecclesiæ sua, & quos Spiritus sanctus posuit rege-*  
*re Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, nullâ est ha-*  
*benda Pastorum reuerentia, nec curandum quām splendidis*  
*titulis polleant, siue Apostoli, siue Prophetæ, siue Euangeliste,*  
*siue Pastores, & Doctores, siue Episcopi, & Præpositi Ecclesia-*  
*rum, siue Presbyteri & Seniores vocentur. Valet enim scle-*

*Caluinia- rata Caluini collectio & prophetæ huius depravatio non so-*  
*na conse- lùm contra præsentes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos & Pa-*  
*guæ ab- stores, sed etiam contra Apostoles, Prophetas, Euangelistas,*  
*surditas &*  
*blasphemæ.*  
*& alios quoquaque splendidos in Ecclesiæ regimine tui-*  
*los. Nec minus iuxta Caluini collectionem licuisset Iuda-*

*zantibus illis Christianis, Apostolos & Seniores in Concilio*  
*Hierosolymitano collectos, & omnia ferè legalia abolentes*  
*ex alto despiceré, quantumuis splendidis titulis pollerent, di-*  
*cereque se verbo Dei per Moylen scripto inhætere, illos verò*  
*licet architectos Ecclesiæ verbum Dei reprobantes, minimè*  
*mirum facere, quia à Domino factum est istud, & est mirabile*  
*in oculis nostris, ut illi non secus errent quā Pharisæi & Scri-*  
*bæ in Christo reiiciendo errauerunt. Non minus, inquam,*  
*hoc illis licuisset dicere ac facere, quām hic licet Caluino suā*  
*ab Ecclesia apostasiam eodem fuso tegere.*

*Caluinus Lutherani quoque, Anabaptistæ, Seruettiani, aut alia quælibet*  
*suo telo iu- hodie secta nō secus contra Caluinum, omnésque Eccle-*  
*gulatur. siæ Genevensis ministros, Pastores, Seniores, vbi de aliqua*  
*Scripturæ interpretatione, aut censura Ecclesiastica oritur*  
*quæltio (quales inter eos sunt innumeræ) hoc eodem modo*  
*excipiet, quo Caluinus contra omnes Ecclesiarum Præpositos*  
*excipiendum dicet. Splendidis quidem titulis polletis; Mini-*  
*striverbi, Pastores populi, Seniores consistorij vocamini. Ve-*  
*strum in Scripturis exponendis iudicium interponitis, (per-*  
*petuum enim Caluino ac Beza est, reiectis Patrum sententiis*  
*dicere, Ego sic iudico. Ego sic sentio. Ego hunc esse sensum non*  
*dubito, &c.) Penes vos censuram ess- dicitis. Vos pro archi-*  
*rectis & Præsidibus Ecclesiæ venditatis. Sed peruersè facitis*  
*quod Deo vos opponitis. Verbum Dei nos aliud docet.*

Titu

sentem  
atu Sy.  
& Euā-  
uerunt  
um es  
que ali-  
, quos  
it rege-  
est ha-  
endidis  
gelist,  
cclesia-  
a scie-  
on so-  
& Pa-  
elistas,  
ne tenu-  
Iudai-  
ncilio  
olentes  
ent, di-  
os verò  
ainimè  
mirabili  
& Scri-  
aquam,  
ino suā  
quæli-  
Eccle-  
aliqua  
oritut  
i modo  
positos  
s Mini-  
ini. Ve-  
(per-  
tentiss  
um non  
archi-  
facitis  
docet.  
Titu

Titulos vestros non curamus. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Manifestè h̄ic refellitur vestrā diabolica impietas, qui lauata Ecclesiæ vestræ determinationem verbo Dei præferre non dubitatis. Quam enim Calvinus Catholicis impietatem impingit, eandem quælibet alia secta Calvino & suis merito impingere potest. Quælibet enim alia secta Geneuensem Ecclesiam pro lauata non vera haber. Quælibet alia secta verbum Dei pro suis dogmatibus facere affirmat & credit.

Sed quâ sit quod cæteris omnibus sectis prætermisis, solam veram & Catholicam Ecclesiam h̄ic perstringit Calvinus? Cur solos Catholicos (quos Papistas vocat) diabolicæ impietatis arguit, quod suæ Ecclesiæ determinationem verbo Dei prætulerint? Subiungit aliquid, quo id probare contendit, quod dissimulandum non est. Vnde enim (inquit) secundum eos pendet verbi Dei autoritas, nisi ab hominum placito? ut Deo nihil plus sit iuris residuum quam quod ab Ecclesia precariō accipit. Longè aliter hoc loco nos instituit Spiritus sanctus. Nempe simul ac in medium prodit maiestas Dei, silentum esse toti mundo. Hæc ille. Multum haud dubiè laborauit Calvinus, ut post tam atrocem accusationem, quod Catholici sua Ecclesiæ determinationem verbo Dei præferre non dubitauerunt, cerram aliquam tantæ accusationis notam, certum & illustre aliquod argumentum subiiceret, ac dogma aliquod proferret à Catholicæ Ecclesia determinatum, cui verbū Dei manifestè repugnaret. Hoc enim esset propriè ac verè suam determinationem verbo Dei præferre. Nunc autem nihil tale profert, sed huiusmodi aliquid, quod si verum crimen esset, conficeret tamen non aliquam Ecclesiæ determinationē, sed ipsam Ecclesiam determinantem verbo Dei præferti. Ait enim, secundum Catholicos verbi Dei autoritatem non nisi ab hominis placito pendere, & eam totam ab Ecclesia precariō Deum accipere. Nempe quia quid sit pro verbo Dei & scriptura Canonica habendum, Ecclesia suo iudicio determinat. Hoc enim intelligit, hoc vult dicere Calvinus, licet obscurè loquatur, ut à rudiori lectore Catholicō vix intelligatur. Sat is ei erat quod à suis suorumque scriptorum lectoribus intelligeretur. Sic quippe alibi scribit. Pendet (inquit Papistæ) ab Ecclesia determinatione, & qua Scriptura reverentia debeat, & qui libri in eius catalogo censendi sunt. Moxque paucis interiectis infert. Quibus impiorum sannis subiicitur fides nostra, si credatur hominum beneficio non secus ac precarium habere

*Cur solos  
Catholicos  
perstringit  
Calvinus.*

*Institut.  
lib. 1. c 7.  
num. 1.*

bere autoritatem? Huic obsoletæ & rancidæ caluniæ quam h̄ic Caluinus vt cramben s̄apē recoctam regerit, iam olim respondimus, tum in opere nostro de Principiis fidei, tum vberius multo in defensione nostra contra Vyhikakerum, qui Caluini vanitatem maiori vanitate & ineptia rueri frustra conatus est. Summa est, mentiri Caluinum quando ait sententiam Catholicorum esse, quod ab Ecclesiæ determinatione nepender, quæ Scripturæ reuelentia debeat. Hoc enim Ecclesia non determinat, sed ut rem per se notissimam penitus indeterminatam relinquit. Determinat quidem qui libri pro scriptura Canonica habendi sint, sed non determinat quanta fides & authoritas ipsi scripturæ Canonicae adhibēda sit. Quæ duo quām longè latèque inter se discrepent, in ytroque opere prænominato, sed magis in posteriori, latè & copiosè explicatum. Vana ergo & friuola, scelerata & impia est, tota hoc loco Caluini declamatio. Quæ tamen impietas maxima in postremis eius verbis clarius cōspicitur, vbi ait, *Spiritum sanctum hic docere, simul ac in medium prodit maiestas Dei, silentium esse toti mundo: id est, vbi aliqua noua lecta exoritur, silendum esse toti Ecclesiæ*. Suam enim sectam, sui noui Evangelij exortum, & restitutionem, pro quo hoc loco pugnat, homo blasphemus designat, quum Dei maiestatem in medium prodire singit; sicuti Ecclesiæ Pastores ac Præpositos negligendos designat, quum toti mundo silendum affimat. Hæc est Caluini hoc loco laruata blasphemia, quam detracta laru omnia oculis in propria forma conspiciendam subiiciebat.

## IN MATTHÆI CAP. XXII.

12. *Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?*

Bonorum  
operum ne-  
cessitatis de-  
fenditur.

**V**v m hæc terribilis Dei increpatio, & horrenda quæ consequitur poena, nō ad Iudeos, sed ad Gentiles, de quorū vocatione posterior parabolæ pars loquitur, manifestè pertinet; nec ad quosvis Gentiles, sed ad vocatos, & Ecclesiæ domum ingrediens, atque in coniuicio nuptiali discubentes, id est, fide iam & sacramentorum participatione fidelium societati admixtos; in huiusmodi autem sub persona vnius (sive ut vnius exemplo ceteri caucent, sive ut nē ille vnius sit quilibet apud se accuriosus

perp  
debe  
ctam  
tem a  
euide  
omni  
rum  
soliu  
dere  
ciam  
an sa  
ripor  
ma t  
enim  
men  
cent,  
rum  
ceder  
loco,  
net,e  
cedur  
simè  
que d  
quar  
rit fid  
dem  
nisi v  
retici  
poter  
Tam  
quun  
& op  
esfer  
nupti  
radic  
dimu  
gabie  
Princ  
sit, sic  
Disti  
turam  
hom